

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Compassio h
cum fontibus proximo et primo

*Quod autem B. Petrus post negationem pastor
ecclesiae a Domino sit institutus,
probat auctoritate B. Gregorii,
qui in omelia dominicae resurrectionis
de eodem principe apostolorum scribit, dicens:...*

Quod nimirum
magnae actum pietatis dispensatione
cognoscimus, ut is, qui futurus erat
pastor ecclesiae, in sua culpa disceret,
qualiter aliis misereri debuisset.
Prius itaque eum ostendit sibi,
et tunc preposuit ceteris,
ut ex sua infirmitate cognosceret, quam
misericorditer aliena infirma tolleraret.

Gratianus, *Decretum*, 1.50.53 (*Corpus iuris
canonici* 1, A. Friedberg ed., col.198).

Quod nimirum
magnae actum pietatis dispensatione
cognoscimus, ut is qui futurus erat
pastor ecclesiae in sua culpa disceret
qualiter aliis misereri debuisset.
Prius itaque eum ostendit sibi,
et tunc praeposuit ceteris,
ut ex sua infirmitate cognosceret quam
misericorditer aliena infirma toleraret.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*,
2.21.4 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.176, ll.81-85).

Magne actum pietatis dispensatione
cognoscimus ut is qui futurus erat
pastor ecclesiae in sua culpa disceret
qualiter aliis misereri debuisset

ut ex sua infirmitate cognosceret quam
misericorditer alienam infirmitatem tolleraret.

Gregorius in omelia pasce et est I. distinctione:
Considerandum.